e-codices

non ē ante oculos eius. Hoc
autem facunt qui amant peccata
sua. & oderunt p̄ cepta dī; ho
rum mirū iniquitas adodiū
inuenitur ado. Sicut & in
alio psalmo secdm editionē he
braicam dicitur. Dnūs iustū
probat. impiū autē & diligen
tem iniquitatem. odit ani
ma eius.

Verba oris eius iniquitas & do
lus. noluit intelligere vt
bene ager&.

Sunt enim homines qui uolun
intelligere. & p infirmitatē
carnis non possunt. sicut di
cit quodā loco scriptura.
Quia corpus qd corrumpit.
aggrauat animam. Et sunt
alii qui nolunt intelligere.
& ideo non intelligunt per
n&iose agentes aduersus se
ipsos. dū qd possent intelli
gere si bona uoluntas accede
r&. non intelligunt. quia
uoluntas auersa ē. Et amant
enim qd iudicari non debe
ant. si diuina precepta nec
nouerint.

Iniquitatem meditatus ē incubili
suo. astitit omni uię non bonę.
malitiā autē non odiuit.

Quod dixit superius in sem & ipso.
hoc dicit incubili suo. Cubile
enim nr̄m cor ē. ibi tumultum
patimur. malę conscientię. &
ibi requiescimus quando bona
conscientia ē. Astitit uero om
ni uię non bonę. quia pseueran
ter peccauit. Unde de quodā
pio & bono dicitur. Et in uia
peccatorū non st&it. Quomodo
ille non st&it. sic iste astitit.
Malitiā autē non odiuit. Ibi ē
finis. ibi fructus. Ut si non po
tes non habere malitiā. vel
oderis illam. & iungas te dō.
qui tecum illā odit; & iā con
iunctus illi mente seruias legi
dī. & si carne propter ea seruis
legi peccati. quia sunt inte de
lectationes quedā carnales.
Qui enim odit iniquitatē. ux
ei suppd&it vt aliquid faciat mali;
qui uero eā non odit. trahitur.
ab illa nec repugnat.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 167, p. p.%20149 – Walahfridus Strabo, Commentarius in psalmos I-LXXVI (http://www.e-codices.ch/en/csg/0167/p.%20149)